

EXORCISMUS
CONTRA
IMMINENTEM TEMPESTATEM
FULGURUM, ET GRANDINIS.

Per signum ✠ Crucis, de inimicis ✠ nostris, libera nos ✠ Deus noster. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Dicitur Symbolum fidei, scilicet Credo in Deum Patrem, &c.

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit caelum & terram. V. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & usque in saeculum. V. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus. R. Et fugiant qui oderunt eum, à facie ejus. V. Exurge Christe, adjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum. V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Orémus. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui fecisti caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt, quique flu-

mini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in Cruce extendisti, quibus aërem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuae abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris & à sinistris video aërem perturbare; dissolvere & annihilare digneris, ut alligata potestas demonum impie deservientium deficiat & turbetur, ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimae majestatis tuae. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.
Postea conversus ad nubes signet eas signo ✠ dicens: Circumdet te nubes Deus ✠ Pater. Circumdet te Deus ✠ Filius. Circumdet te Deus Spiritus ✠ sanctus. Destruat te Deus ✠ Pater. Destruat te Deus ✠ Filius. Destruat te Deus

Deus Spiritus ✠ sanctus. Comprimat te Deus ✠ Pater. Comprimat te Deus ✠ Filius. Comprimat te Deus Spiritus ✠ sanctus. Amen.

Obsecratio, Sanctus Mattheus, sanctus Marcus, sanctus Lucas, sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgaverunt, ipsi suis meritis & precibus, hanc tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Jesu Christo obtineant effugari & depelli.

EXORCISMUS.

Et ego peccator, & Christi sacerdos seu minister, licet indignus, auctoritate & virtute ejusdem Dei & Domini nostri Jesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus & confissus, vobis precipio immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute ejusdem Dei & Domini nostri Jesu Christi, per ✠ sanctissimam eius Incarnationem, per sanctam Nativitatem, per sanctam Nativitatem, per Baptismum & Jejunium ipsius, per eius sanctissimam Crucem ✠ & Passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem, per tremendum Adventum ejus & Judicium, per merita in-

temeritate tempore Virginis Mariae, & sanctissimi ✠ & per merita omnium Sanctorum, ut exeat ab eis, & eas dispergat in locis silvestribus & incultis; quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, irucibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus humanis usibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

Ipsae vobis imperat, demones, qui has nubes commovetis, de quo de nube lucida dictum est: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ✠ Ipsae vobis imperat, qui sua sacratissima Cruce, & corporis sui sanctissimi in ea extensione aërem purgavit. ✠ Ipsae vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque devicit, & ligavit, atque aeternae gehennae mancipavit ignibus. ✠ Ipsae vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis. ✠ Ipsae vobis imperat qui post quadraginta dies, nube susceptus virtute sua ascendit in caelum. ✠ Ipsae vobis imperat, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & saeculum per ignem.

Et postea ostendat Crucem in aëra dicens: Ecce lignum sanctissime Crucis, fugite partes adversæ: vicit enim vos & mundum Dominus noster Jesus Christus Filius Dei, Imperator summus, leo de tribu Juda, radix David.

Postea aqua benedicta in modum Crucis, ✠ aspergat quatuor latera. Dicendæ sunt etiam Litanie, si nondum quievit tempestas. Symbolum S. Athanasii. Quicumque vult. Antiphona. Salve Regina, & Sub tunni presidium. Canticum Benedicti omnia, cum v. Gloria Patri, & Filio, in quolibet Versu dicat Canticum.

Deinde v. Benedicamus Patri & Filium cum sancto Spiritu. ✠ Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. ✠ Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ✠ Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ✠ Exurge Chrisce, adjuva nos. ✠ Et libera nos propter nomen tuum. ✠ Domine exaudi orationem meam. ✠ Et clamor meus ad te veniat. ✠ Dominus vobiscum. ✠ Et cum spiritu tuo.

Oratio.

O Maiopotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vestre fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in

potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

Oratio.

P Rôtege Dômine famulos tuos subsidiis pacis: & beatæ Mariæ semper virginis patrocinio. confidentes, a cunctis hostibus & periculis redde securos.

Oratio.

A Domo tua, quæsumus Dômine, spirituales nequitie repellantur, & aerærum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

A D te nos, Dômine, clamantes exaudi, & æris serenitatem nobis tribue supplicantiibus: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur; misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

L Argiri & conservare fructus terræ dignare Dômine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, & proficiamus spiritalibus incrementis. Per Christum Dominum nostrum.

P Ræse dicat. & Oratio illius Sancti, in cuius honore constructa est Ecclesia, & aliorum Sanctorum, in quibus plus de eorum adiutorio confidimus prop-

propter specialem devotionem nostram. Possunt dici & aliæ etiam devotæ Orationes cum compunctione & cordis contritione, im-

plorando semper misericordiam Dei. Et si adhuc tempestuosum perseveraverit, poterunt supradicta pluries repeti.

